THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 6.
Pagine 263-340.

Proprium de tempore.
In vigilia natalis Domini.
In die nativitatis Domini.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVIII.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1 2008.
Revised July 2008, February 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2008.

In vigilia natalis Domini.

Ad matutinas.

AS:42; 1519:47r; 1531:25r.

1084. Invit. IV. i.



Hoc invitatorium dicatur a solo clerico de ij. forma nisi dominica evenerit.

Hymnus. Verbum supérnum. 39.

Super nocturnum antiphone et psalmi illius ferie.

℣. Constántes estóte.

℟. Vidébitis auxílium Dómini super vos.

B-6.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum i. [18.]

IN illo tempore. Cum esset desponsáta mater Jesu María Joseph : ántequam convenírent invénta est in útero habens de Spíritu Sancto. Et réliqua.

Omelia Origenis.

QUe fuit necéssitas ut desponsáta esset mater Jesu María Joseph : nisi propter ea quátenus hoc sacraméntum diábolo celarétur et ille malígnus fraudis comménta advérsus desponsátam vírginem nulla pénitus invenísset ? Vel ídeo fuit desponsáta Joseph : ut nato infánti vel ipsi Maríe curam viderétur gérere Joseph : sive in Egýptum iens vel inde dénuo rédiens. Ideo fuit desponsáta Joseph : non tamen in concupiscéntia juncta. Mater inquit ejus, Mater immaculáta, Mater incorrúpta, Mater intácta. Ma- [*25v.*]
ter ejus. Cujus ejus ? Mater Dei Unigéniti Dómini et Regis ómnium : Plasmatóris et Creatóris cunctórum. Illíus qui in excélsis est sine matre : et in terris est sine patre. Ipsíus qui in celis secúndum deitátem in sinu est Patris : et in terris secúndum córporis susceptiónem in sinu est matris. O magne admiratiónis grátia, o inenarrábilis suávitas, o ineffábile magnúmque sacraméntum. Ipsa eadémque virgo, ipsa et Mater Dómini, ipsa génitrix, ipsa ejus ancílla et plasmátio ejus, ipsa que génuit.

AS:42; 1519:47r; SB:clvii.[1]

1. Resp. VII. 7594.



7594a.



Lectio ij.

QUis unquam ista audívit, quis vidit tália ? Quis hoc excogitáre pótuit ut virgo mater esset, intácta generáret, que et virgo permánsit et génuit ? Sicut enim quondam rubus combúri videbátur et ignis eum non tangébat, et sicut tres púeri in camíno inclúsi habebántur : et tamen eos non ledébat incéndium, nec odor fumi erat in eis : vel quemádmodum Daniéli intra lacum leónum inclúso : claustris non apértis allátum est ei prándium ab Abacuch : ita et hec sancta Virgo génuit Dóminum : sed intácta permánsit. Mater effécta est : sed virginitátem non amísit. Génuit infántem : et ut dictum est virgo permánsit. Virgo ergo génuit : et virgo permánsit. Mater Fílii facta est : et castitátis sigíllum non pérdidit. Quare ? Quia non homo iste tantum qui videbátur : sed Unigénitus erat Deus qui in carnem advénerat. Nec súbito carnáliter génitus est : sed perfécta Déitas in córpore venit. Integer ergo et indivísus Deus in humáno advénit vel génitus est córpore : quique Deus et Dóminus figúram servi suscépit. Non enim pars Unigéniti venit in córpore : nec seípsum divísit ut dimídius esset apud Patrem, et dimídius esset in Vírgine : sed totus apud Patrem, et totus in Vírgine. Totus in sinu Patris, et totus in humáno córpore. Non relínquens supérna, venit quérere terréna. Que in celis sunt consérvans : et que in terris sunt salvans. Ubíque omnípotens : inscíssus, indivísus, hic sanctus unigénitus Deus.

AS:43; 1519:47v; 1531:25v.[2]

2. Resp. VIII.

6328.

6328a.



Lectio iij.

SI enim hoc verbum humánum et corporále immíssum in áuribus plurimórum non divíditur per síngulos : ut pars in álio, et pars sit íterum in álio sed in ómnibus íntegrum et plenum habétur, ut in

unoquóque totum sit : quanto magis Verbum Dei unigénitus ubíque totus est : et in celo et in terra, et apud Patrem et in Vírgine. Et non divíditur (ut dictum est) neque scínditur, neque in partes effícitur : sed totus totum tenet, totum implet, totum illústrat et possídet. Hujus ítaque unigéniti Dei dícitur hec mater Virgo María : digna digni, immaculáta sancti,[3] una unius, única único. Nec enim alter unigénitus super terram venit : aut ália virgo unigénitum génuit. In his ómnibus que dicta sunt : desponsáta légitur mater ejus María. Et ait, Invénta est in útero habens. Cui invénta, aut a quo invénta est ? Primo ab ángelis custodiéntibus eam, protegéntibus eam, conservántibus eam : vel ejus beatíssimam ánimam ad honórem illíus qui ab ipsa generándus erat. Dehinc invénta non incóngrue putabátur ab ipso beáto Joseph sancto et justo : qui pene licéntia maritáli licet eam non contíngeret : futúre tamen ut putabátur uxóris ómnia nóverat. Joseph autem vir ejus (inquit) cum esset homo justus, et nollet eam tradúcere. Virum appellávit, contra Judeórum pravitátem : ut advérsus Vírginem non sevírent. Proptérea et desponsáta fuit ipsi Joseph, ut supra dictum est. Si enim non fuísset desponsáta Joseph : ómnium bonórum incredíbiles et inimíci Judéi lapídibus eam occidíssent. Ideo virum ejus hic eum Evangelísta appellávit.

AS:43; 1519:47v; 1531:25v.[4]

6393. 3. Resp. VIII.



de de- si-de-rá- bant. ℣. Ex Sy- on spé-ci- es de-có- 6393a.



ris e- jus : De- us noster ma-ni-fés- te vé-ni- et.



†Vi-si- tá-re. ℣. Gló-ri- a. 95*. ‡Qui.

Non dicitur Te Deum.

[*Ante laudes.*]

Versus. Crástina die delébitur iníquitas terre.

℟. Et regnábit super nos salvátor mundi.

☾ *In laudibus.*

AS:43; 1519:48r; 1531:26r.

1. Ant. VIII.i.



JUdé-a * et Hie-rú-sa-lem no-lí-te timé-re, 3511. [*26r.*]



cras egre-di- émi-ni : et Dómi-nus e-rit vo-bíscum.



Ps. Miserére. (*l.*) [173]. *Et ceteri psalmi illius ferie. Et si dominica fuerit, tunc dicatur ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45]. *sicut in aliis dominicis*

precedentibus.

AS:43; 1519:48r; 1531:26r.

3119. 2. Ant. VIII.ii.



AS:43; 1519:48r; 1531:26r.

1940. 3. Ant. IV.iv.



AS:43; 1519:48r; 1531:26r.[5]

4400. 4. Ant. IV.viii.



Si vigilia nativitatis Domini in sabbato contigerit, non dicitur ant. Propter Syon. *super canticum : sed ant.* Expectétur. *cum psalmo* Audíte celi. *et in illo anno omnino pretermittatur ant.* Propter Syon. *Sed quacunque alia feria contigerit, ant.* Propter Syon. *super cantica dicetur.*

AS:43, pl. m.; 1519:48v; 1531:26r.[6]

4. Ant. IV.v. 2806.



Ps. Audíte celi. (*Deut. xxxij.*) [305].

AS:44; 1519:48v; 1531:26r.[7]

5. Ant. VIII.ii. 1941.



ex-ercí-tu- um. *Ps.* Laudáte. (*cxlviij.*) [49]. [*usque ad cl. sub uno* Glória Patri.]

Capitulum. Esaie 62. [1.]

PRopter Syon non tacébo, et propter Hierúsalem non quiéscam : donec egrediátur ut splendor justus ejus : et salvátor ejus ut lampas accendátur.

Hymnus. Vox clara. 67.

℣. Hódie sciétis quia véniet Dóminus.

℟. Et mane vidébitis glóriam ejus.

AS:44; 1519:48v; 1531:26r.[8]

2000. Ant. VIII.i.

Oratio.

DEus qui nos redemptiónis nostre ánnua expectatióne letíficas : presta ut unigénitum tuum quem Redemptórem leti suscípimus, veniéntem quoque júdicem secúri videámus, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat.

[℣.] Dóminus Vobíscum. [℟. Et cum spíritu tuo.]

Puer hebdomadarius dicat Benedicámus Dómino. 17.

Hec precedens oratio dicatur ad matutinas et ad alias horas hujus diei et etiam ad j. vesperas.

Non dicantur preces nec fiat genuflectio ad has matutinas nec ad alias horas [hujus][9] *diei.*

Non dicantur matutine de sancta Maria hac die in conventu : nec ab hinc usque ad octavas sancti Stephani.

Nulla fit memoria ad has matutinas si dominica [non][10] *fuerit, nisi tantum de omnibus sanctis scilicet ant.* Ecce Dóminus véniet. ℣. Ecce apparébit Dóminus. *Oratio.* Consciéntias nostras. 24.

Non dicitur ps. Ad te levávi. *ad has matutinas nec ab hinc usque ad inceptionem*

hystorie Dómine ne in ira.

❡ *Ad Primam.*

Ant. Judéa et Hierúsalem. 268.

Psalmi. Deus in nómine tuo. (*liij.*) [95]. Beáti immaculáti. (*cxviij. j.*) [96]. Retríbue. (*cxviij. ij.*) [97]. Glória.

Ant. Glória tibi Trínitas. [100].

Ps. Quicúnque vult. [100].

Cap. Dómine miserére. [105].

℟. Jesu Christe. *cum* Allelúya. [105] *vel* [107].

℣. Qui sedes. *Et dicatur cum* Allelúya. *quotidie infra octavas usque ad octavas epyphanie et in ipsis octavis, et iste versus* Qui sedes. *hac die tantum dicitur.*

❡*Hoc etiam generaliter fit per totum annum : quod quotienscunque dicuntur* ℟. *super horam cum* Allelúya, ℟. Jesu Christe. *debet precedere cum* Allelúya.

Preces &c. que ad primam pertinent : absque prostratione compleantur.[11] [111].

Si non fuerit dominica dicatur cantus ferialis, et in vigilia epyphanie super ℟. Jesu Christe. [109].

Si hec vigilia in dominica evenerit hoc modo dicetur [*hora*][12] *prima.*

Super hymnum Jam lucis. *dicetur idem cantus qui in dominica precedente.*[13] [59].

Ant. Judéa et Hierúsalem. 268.

Ps. Deus in nómine tuo. (*liij.*) [95]. [*ps.* Beáti immaculáti. (*cxviij. j.*) [96]. *ps.* Retríbue. (*cxviij. ij.*) [97].][14]

Ant. Te jure. [99].

Ps. Quicúnque vult. [100].

Cap. Regi seculórum. [104].

℟. Jesu Christe. *cum* Allelúya. [105].

Cetera ut supra [*in psalterio*].[15]

❡ *Ad omnes horas dicantur cantus feriales super hymnum*[16] *si dominica non fuerit.*

❡ *Ad iij.*

Antiphona super psalmum incipiatur ab aliquo clerico de ij. forma ex parte chori et ita cetere antiphone ad ceteras horas discurrant per ordinem.

Ant. Hódie sciétis. 269.

Ps. Legem pone. (*cxviij. iij.*) [132].

Cap. Propter Syon. 270.

Responsorium dicatur in ij. forma a clerico proximo illi qui antiphonam incepit, et ad ceteras horas dicantur ℟. in eadem forma.

1519:49r; BL-52359:29r; 1531:26r.[17]

600405.

600405a.



℣. Crástina die[18] erit vobis salus.

℟. Dicit Dóminus Deus[19] exercítuum. *sine* Allelúya.

❡ *Sciendum est quod omnia Responsoria versuum*[20] *sine* Allelúya. *dicantur per totum annum extra tempus pasche nisi post versum* Verbum caro. 305. *et post versum* Dóminus regnávit. [54]. [*in dominicis*].[21]

Oratio. Deus qui nos redemptiónis. 271.

❡ *Ad sextam.*

Ant. Crástina die. 269.

Ps. Defecit in salutáre. (*cxviij. vj.*) [141].

Capitulum. Esaie. 62. 2.

Vidébunt gentes justum tuum, et cuncti reges ínclitum tuum : et vocábitur tibi nomen novum : quod os Dómini nominávit.

1519:49r; BL-52359:29r; 1531:26r.[22]

Resp. VI.



600428.

CRásti-na di- e e-rit vo-bis sa-lus. †Alle- lú- ya al-le-



600428c.

lú- ya. *ij.* ℣. Di-cit Dómi-nus De- us ex-ercí-tu- um. †Alle-



lú- ya. ℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.



Crásti-na.

℣. Hódie sciétis quia véniet Dóminus.

℟. Et mane vidébitis glóriam ejus.

Oratio ut supra. 271.

☙ *Ad ix.*

Ant. Crástina erit. 270.

Ps. Mirabília testimónia tua. (*cxviij. ix.*) [150].

Capitulum. Esaie 62. [4.]

NOn vocáberis ultra derelícta, et terra tua non vocábitur ámplius desoláta : sed vocáberis volúntas mea in ea, et terra tua inhabitábitur. [℟. Deo grátias.][23]

1519:49v; 1531:26r.

Resp. VI.



6865.

HOdi- e sci- é-tis qui- a vé-ni- et Dómi-nus. †Alle-

6865a.



℣. Constántes estóte.

℟. Vidébitis auxíliam Dómini super vos.

Si hec vigilia nativitatis Domini in sabbato contigerit, jejunia iiij. temporum non in
[*26v.*] *ipsa ebdomada sed in precedenti erunt. Si autem hec vigilia in dominica evenerit* [*: Invitatorium de vigilia erit scilicet* Hódie sciétis. *Deinde*][24] *totum servitium fiat de dominica usque ad versum iij. nocturni qui erit* Constántes estóte. *ante pronunciationem evangelii preter invitatorium quod erit de vigilia scilicet* Hódie sciétis. *Deinde vero totum de vigilia dicatur et post primam collectam que erit de vigilia* [*scilicet*][25] *post psalmum* Benedíctus. *fiat memoria de dominica tantum sed nulla memoria de sancta Maria nec etiam matutine de ea dicantur in conventu neque memoria de omnibus sanctis. Invitatorium tantum erit de vigilia scilicet* Hódie sciétis. 263.

¶ *Ad j. ant.* Judéa et Hierúsalem. 268.

Antiphone, capitula, ℣. ℟. et collecte super omnes horas de vigilia erunt cum oratione de vigilia predicta et nichil de dominica.[26]

Missa vero dominicalis in capitulo post primam ante tertiam et ante processionem dicatur. Et missa de vigilia dicatur post sextam in choro ad autenticum altare cum Allelúya. ℣. Crastina. [Missal:80.] *Sequentia.* Jubilémus. [Missal:70.]

ℭ *In vigilia nativitatis Domini.*[27]

Ad j. vesperas.

1. Ant. VIII.i.

AS:44; 1519:49v; 1531:26v.

 4657.

R Ex pa- cí- fi-cus * magni-fi-cá-tus est : cu- jus vultum



de-sí-de-rat u-ni-vérsa terra. *Ps.* Laudáte púeri. (*cxij.*) [313].

Hac die episcopus vel decanus antiphonam incipiat, excellentior persona alterius partis chori post illum qui exequitur officium illius diei : secunda ab alio excellentiore incipiatur : et ita discurrent singule antiphone personarum dignitate.

AS:44; 1519:49v; 1531:26v.

2. Ant. VII.i.

3670. 

M Agni-fi-cá-tus * est Rex pa- cí-fi-cus su-per omnes



re-ges u-ni-vérse terre. *Ps.* Laudáte Dóminum omnes. (*cxvj.*) [320].

AS:45; 1519:50r; 1531:26v.[28]

4834. 3. Ant. VIII.i.



SCi-tó-te * qui- a prope est regnum De- i : amen



di-co vo-bis qui- a non tardá-bit. *Ps.* Lauda ánima. (*cxlv.*) [354].

AS:45; 1519:50r; 1531:26v.

3608. 4. Ant. I.iv.



LE- vá-te * cá-pi-ta vestra : ecce appro-pinquá-bit



re-démpti- o vestra. *Ps.* Laudáte Dóminum quóniam bonus. (*cxlvj.*) [355].

AS:45; 1519:50r; 1531:26v.[29]

5. Ant. VIII.i. 1862.



COmplé-ti sunt * di- es Ma- rí- e : ut pá-re-ret fí-li-



um su- um primo-gé-ni-tum. *Ps.* Lauda Hierúsalem. (*cxlvij.*) [356].

¶ *Et sciendum est quod quandocunque in duplici festo ad j. vesperas quinque antiphone*

dicuntur super psalmos dicantur predicti quinque psalmi ad easdem vesperas, nisi in circuncisione Domini, et epyphania, et purificatione, et in festo Corporis Christi.

Episcopus in capa serica dicat capitulum, loco non mutato. Episcopo absente decanus vel aliquis alius locum ejus tenens loco nec habitu mutato dicat Capitulum.

Capitulum. [*Esaie.* 9. 2.]

POpulus géntium qui ambulábat in ténebris vidit lucem magnam : habitántibus in regióne umbre mortis : lux orta est eis.

Cantor et alie due persone pro dispositione illius cantoris, cantent ad gradum chori in capis sericis.

AS:45; 1519:50r; 1531:26v.[30]

7040.

7040a.



Duo rectores ex parte chori simul incipiant hymnum a cantore primo quesitum.

AS:45; HS:4r; 1519:50v; 1531:26v.[31]

8408a. Hymn. I.


5. Egrés-sus e-jus a Patre, Regréssus e-jus ad Pa-trem :
Excúrsus usque ad ínfe-ros, Re-cúrsus ad se-dem De- i.
6. Equá- lis e-térno Pa-tri, Carnis trophé- o accínge-re :
Infírma nostri córpo-ris Virtú-te fir-mans pérpe- tim. 7. Pre-
sé-pe jam ful-get tu-um, Luménque nox spi-rat no-vum :
Quod nul-la nox in-térpollet : Fi-déque ju- gi lú-ce- at.
8. De-o Pa-tri sit glóri- a, E-júsque so- li Fí-li- o : Cum
Spí-ri-tu Pa- rá-cli-to, Et nunc et in perpé-tu- um. Amen.

Dum hymnus cantatur duo pueri qui serviunt de thuribulis duas capas deferant de serico principali sacerdoti quarum alteram alteri sacerdoti pro voluntate transmittat ad thurificandum altare.

In fine predicti hymni dicatur versus Deo Patri. *Non dicitur in fine hujus hymni* Glória tibi Dómine. *nec ad completorium, sed dicitur versus* Deo Patri sit glória.

Duo pueri in superpelliciis ad gradum chori dicant.

℣. Tanquam sponsus.

℟. Dóminus procédens de thálamo suo. *sine* Allelúya.

Antiphonam super ps. Magníficat. *excellentior persona ex parte chori incipiat. Et si episcopus presens fuerit : cantor ipsam antiphonam ei injungat.*

AS:45; 1519:50v; 1531:26v.

2462. Ant. VIII.i.

❡ *Tota cantetur Antiphona antequam intonetur psalmus* Magníficat.

Hec sunt festa majora duplicia [per annum][32] *in quibus ad primas vesperas tantum antiphona super psalmum* Magníficat. *tota cantabitur ante psalmi intonationem : et omnia altaria ecclesie circa presbiterium incensabuntur dum ps.* Magníficat. *cantatur et* [*27r.*]
ad singulos nocturnos ad matutinas principale altare et chorus semper ad mediam lectionem nocturni, et in die semper fiat processio quocunque festo contigerit scilicet primus dies natalis Domini, dies epyphanie, dies purificationis beate Marie, primus dies pasche,[33] *dies ascensionis Domini, primus dies penthecostes, festum sancte Trinitatis, festum Corporis Christi, [festum visitationis beate Marie],*[34] *festum reliquiarum*

[*ecclesie*],[35] *festum assumptionis et nativitatis beate Marie, festum dedicationis ecclesie, festum omnium sanctorum, et festum loci.*

Post inchoationem antiphone procedat executor officii cum aliquo sacerdote post illum excellentiorem ad thurificandum altaria duobus thuribulis de quorum uno ministrabit puer ebdomadarius de reliquo vero alius puer pro dispositione sacristarum. Si episcopus fuerit presens : sacerdos secundarius cum cappellano episcopi ipsum episcopum in sua sede incenset. Deinde procedant ad thurificandum cetera altaria circa presbyterium. Excellentior Sacerdos exeat per ostium presbiterii septentrionale, cum uno ceroferario et uno thuribulo : sacrista in manu sua virgam gestante et eos precedente : primo ad altare sancti Martini, deinde ad altare sancte Catherine, et post ad altare apostolorum,[36] *ultimo ad altare sancte Trinitatis, quod dicitur* Salve. *Secundarius per ostium presbyterii australe predicto modo exeat cum ministris suis : primo ad altare sancti Nicolai, deinde ad altare sancte Marie Magdalene, ultimo ad altare sancti Stephani. Quibus thurificatis ambo conveniant ad ostium presbyterii ex parte australi et ibidem excellentior sacerdos thus in utroque thuribulo imponat : et sic intrent et thurificent episcopum in sua sede. Deinde* [*inferior thurificet*][37] *superiorem ante gradum chori : ebdomadario constituto ad orationem dicendam solus episcopus non mutet orationem* Deus qui nos redemptiónis. *ut supra ad matutinas, 268. et terminetur ut ibidem dicatur* Dóminus vobíscum. *A duobus clericis de secunda forma dicitur* Benedicámus Dómino. *sine* Allelúya.[38]

❡ *Et sciendum est quod in omnibus vigiliis sanctorum sive sint de temporali sive de sanctis : semper ad j. vesperas dicitur oratio de vigilia nisi festum differatur, et nisi in vigilia sancti Thome apostoli, sancti Jacobi, et sancti Bartholomei* [*apostolorum*].[39] *Quando vero festum differtur : tunc in vigiliis predictorum apostolorum oratio de die dicatur ad primas vesperas.*

❡ *Ad completorium.*

Unus de superiori gradu super positum incipiat antiphonam.

AS:45; 1519:51r; 1531:27r.[40]

2685. Ant. VIII.i.





ti-bus Dómi-num quando re-vertá-tur a núpti- is.



Ps. Cum invocárem. (*iv.*) [362]. *et ceteri psalmi consueti.*

Capitulum. Tu in nobis. [364].

AS:46; 1519:51r; 1519-P:147v; HS:5v, 98r; 1531:27r; 1531-P:44v.[41]

sar0828. Hymn. VII.



SAlvá-tor mundi Dómi-ne, * Qui nos salvásti hó-di-



In hac noc-te nos pró-te-ge, Et sal-va omni témpo-re.



2. Adésto nunc pro-pí-ci- us, Et parce suppli-cánti-bus :



Tu de-le nostra crími-na, Tu té- nebras il-lúmi-na.



3. Ne mentem somnus óppri-mat, Nec hostis nos sur-rí-pi- at :



Nec ul-lis ca-ro pé-timus, Comma- cu-lé- tur sórdi-bus.



4. Te Re-formá-tor sénsu- um, Vo-tis pre-cámur córdi- um :



Ut pu-ri cas-tis ménti-bus, Surgá-mus a cu-bí-li-bus.



5. De-o Pa-tri sit gló-ri- a, E-júsque so-li Fí-li- o :



Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, Et nunc et in perpé-tu-um.



A-men.

℄ *Queritur utrum dicatur alius cantus in choro Sarum super hymnum* Salvátor mundi. *quam iste cantus subsequens ?*[42] *Respondetur quod non : nisi in tribus diebus in ebdomada natalis Domini : videlicet in die sancti Stephani, sancti Johannis et sanctorum innocentium qui sunt extra regulam : in quibus omnis cantus cujuscunque hymni potest variari pro voluntate incipientis propter tres solennitates ibidem celebratas et ab antiquo permissas : scilicet levitarum, puerorum, et sacerdotum.*

Hic hymnus scilicet Salvátor. *dicitur ad completorium quotidie usque ad octavas epyphanie et in ipsis octavis, et in omnibus festis duplicibus ab octavis epyphanie usque ad primam dominicam xl. Et in omnibus festis dublicibus a penthecoste usque ad vigiliam natalis Domini. Dicetur etiam in vigilia penthecostes et per ipsius ebdomadam scilicet in*

quinta et sexta feria et [in][43] *sabbato.* [*Et infra octava Corporis Christi, ubi octava sunt cum regimine choir*],[44] *et quotidie per octavas et in octavis assumptionis et nativitatis beate Marie, et per octavas dedicationis ecclesie sive de octavis fiat servitium vel de alio festo ix. lectionum nisi dedicatio alicujus ecclesie in quadragesima contigerit vel in paschali tempore.*[45]

Quidam puer ex parte chori loco nec habitu mutato dicat ℣. Custódi nos Dómine. [367].

Unus de excellentioribus personis ex parte chori pro dispositione rectoris incipiat antiphonam.

AS:46; 1519:51r; 1531:27r, SB-P:44v.[46]

5421. Ant. IV.i.

Preces et cetera que ad completorium pertinent sunt exequenda. [401].

¶ *Notandum quod omnes clerici de superiori gradu et de secunda forma ad omnes vesperas principales per annum stare tenentur in choro continue : nisi dum versus responsorii canitur quando Responsorium habetur et dicitur ad gradum chori. Ad completorium omnes indifferenter clerici per totam illam horam stare tenentur sicut ad matutinas per totum tempus : nisi dum leguntur lectiones et Responsoria cum suis versibus cantantur. Ad j. et ad ceteras horas omnes uniformiter stare tenentur.* [*27v.*]

Hac die tam ad utrasque vesperas quam ad matutinas scribantur quattuor rectores qui erant de superiori gradu videlicet in die nativitatis Domini, et in duobus diebus sequentibus : in die epyphanie et in die pasche et in ij. feria in assumptione beate Marie et in die dedicationis. In reliquis diebus erunt secundarii de secunda forma.

ℂ *In die nativitatis Domini.*

Ad matutinas.

Omnes rectores chori simul incipiant invitatorium et cantent antequam a choro repetatur : et hoc generaliter per totum annum observetur quod in omni duplici festo primo percantetur invitatorium ab his qui dicturi sunt psalmum Veníte. *a toto choro percantetur.*

Invitatorium. IV.iii.

AS:46; 1519:51v; 1531:27v.[47]

1055.




AS:46; HS:7r; 1531:27v.[48]

8276.

Quod so-lus a se-de Pa-tris, Mundi sa-lus advé-ne- ris.
5. Hunc ce-lum ter-ra, hunc ma- re, Hunc omne quod in e- is
est : Auctó-rem advéntus tu- i, Laudat ex-úl-tans cánti- co.
6. Nos quoque qui sancto tu- o, Re-démpti sumus sángui- ne :
Ob di- em na-tá- lis tu- i, Hymnum no-vum concínni-mus.
7. Gló-ri- a ti-bi Dómi- ne, Qui na-tus es de Vírgi- ne,
Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sé-cu- la.
Amen.

Hic primum dicetur Glória tibi Dómine. *Hic etiam versus dicatur in fine omnium hymnorum ejusdem metri usque in crastinum purificationis, preterquam in festo epyphanie et per octavas* [*ejusdem :*][49] *et nisi in hymno* Deus creátor ómnium. *Dicetur etiam in fine omnium hymnorum ejusdem metri, et in omnibus feriis,*[50] [*et in festis*][51] *et per octavas beate Marie virginis et in commemoratione beate Marie virginis ejusdem metri per totum annum. Et in festo Corporis Christi et per octavas et in octavis quando de ipsis octavis fit servitium : nisi in hymno* Verbum supérnum.

Principalis rector et suus collateralis in duplici festo simul hymnum incipiant et psalmos intonent. Et secundarius cum suo collaterali ex sua parte eodem modo se gerant antiphone super psalmos eodem modo hinc inde discurrant : sicut ad j. vesperas.

ℂ *In j. nocturno.*

AS:46; 1519:52r; 1531:27v.[52]

1. Ant. VIII.ii.

 2406.

DOmi-nus * di- xit ad me, Fí-li- us me- us es tu :



e- go hó- di- e gé- nu- i te. *Ps.* Quare fremuérunt.(*ij.*) [12].

AS:46; 1519:52r; 1531:27v.

2. Ant. VIII.i.

 5101.

TAnquam sponsus * Dómi-nus pro-cé-dens de



thá- lamo su-o. *Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

AS:46; 1519:52r; 1531:27v.[53]

2216. 3. Ant. I.iv.



DIffú-sa est * grá-ti- a in lá-bi- is tu- is : propté-re-



a be-ne-dí-xit te De- us in e-térnum. *Ps.* Eructávit. (*xliiij.*) [206].

Singuli versus a duobus pueris ad gradum chori in superpelliciis dicantur.

Versus. Tanquam sponsus.

Responsorium. Dóminus procédens de thálamo suo. *sine* Allelúya.

Sex prime lectiones in superpelliciis legantur : ita ut primam et secundam lectiones duo canonici de secunda forma legant : tertiam canonicus de superiori gradu : ita ut per dignitatem personarum lectiones gradatim ascendant, ut excellentior persona extremam lectionem legat.

Simili quoque modo cantores Responsorium ordinentur scilicet ut eorum quoque ita fiat ascensus : ut tres excellentiores qui non legerint ultimum ℟. cantent. Primum et secundum ℟. a duobus de secunda forma cantentur. Cetera Responsoria in superiori gradu dicuntur : ita quod vj. ℟. et nonum a tribus cantentur. Singula ℟. in supelliciis ad gradum chori cantentur.

[*28r.*] *Lectores et cantores ad vesperas et ad matutinas et ad missam postquam legerint et cantaverint : coram episcopo ad benedictionem se humilient.*

Tres prime lectiones de prophetia Esaie legantur.[54]

Lectio prima. Esaie ix. [1-8].

PRimo témpore alleviáta est terra Zábulon, et terra Néptali[55] et novíssimo aggraváta est via maris, trans Jordánem, Galilée géntium. Pópulus qui ambulábat in ténebris vidit lucem magnam. Habitántibus in regióne umbre mortis : lux orta est eis. Multiplicásti gentem : non magnificásti letíciam. Letabúntur coram te, sicut qui letántur in messe : sicut exúltant victóres capta preda, quando dívidunt spólia. Jugum enim óneris ejus, et virgam húmeri ejus, et sceptrum exactóris ejus

superásti : sicut in die Mádian. Quia omnis violénta predátio cum tumúltu : et vestiméntum mixtum sánguine, erit in combustiónem et cibus ignis. Párvulus enim natus est nobis : et fílius datus est nobis. Et factus est principátus super húmerum ejus : et vocábitur nomen ejus Admirábilis, Consiliárius, Deus fortis, Pater futúri séculi : Princeps pacis. Multiplicábitur ejus impérium : et pacis non erit finis. Super sólium David et super regnum ejus sedébit : ut confírmet illud et corróboret in judício et justícia, ámodo et usque in sempitérnum : zelus Dómini exercítuum fáciet hoc. Verbum misit Dóminus in Jacob : et cecídit in Israel. Hec dicit Dóminus Deus, convertímini ad me : et salvi éritis.

Sic dicatur in fine harum trium lectionum.

Non dicitur Qui hodiérna die de Vírgine nasci dignátus est. *secundum usum Sarum.*[56]

Duo clerici de secunda forma in superpelliciis pariter stantes simul incipiant hoc ℟. ad gradum chori. Hódie nobis celórum. *Deinde a gradu statim recedant ad stallum suum.*

1. Responsorium. V.

AS:47; 1519:52v; 1531:28r.[57]

6858.





ci- tus ange-ló- rum. †Qui- a sa-lus e-tér-na humá-no



gé ne-ri ap- pá-ru- it.

Iste versus subsequens cantetur a quinque pueris in superpelliciis et amictis albis, capitibus velatis, cereosque accensos singulis deferentibus in loco eminenti, scilicet ultra magnum altare : ad chorum[58] *conversi cantent similiter hunc versum.*

6858a.



℣. Gló-ri- a in excélsis De- o : et in terra pax homí-



ni-bus bone vo-lu-tá- tis. †Qui- a.

[ℂ *Et notandum est quod singula Responsoria cum suis versibus a duobus ad gradum chori in superpelliciis incipiantur. Ita tamen quod iij. vj. et ix.* ℟. *a tribus ibidem cantetur.*][59]

Lectio ij. Esaie 40. [1-11.]

COnsolámini consolámini pópule meus dicit Deus vester. Loquímini ad cor Hierúsalem et advocáte eam, quóniam compléta est malícia ejus, dimíssa est iníquitas illíus. Suscépit de manu Dómini duplícia pro ómnibus peccátis suis. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini : rectas fácite in solitúdine sémitas Dei nostri. Omnis vallis exaltábitur, et omnis mons et collis humiliábitur, et erunt prava in dirécta : et áspera in vias planas. Et revelábitur glória Dómini et vidébit omnis caro páriter quod os Dómini locútum est. Vox dicéntis, Clama. Et dixi, Quid clamábo ? Omnis caro fenum : et omnis glória ejus quasi flos agri. Exsiccátum est fenum et cécidit flos : quia spíritus Dómini insufflávit in

eo.[60] Vere fenum est pópulus. Exsiccátum est fenum et cécidit flos : verbum autem Dómini manet in etérnum. Super montem excélsum ascénde tu qui evangelízas Syon : exálta in fortitúdine vocem tuam qui evangelízas Hierúsalem. Exálta noli timére. Dic civitátibus Jude, Ecce Deus vester. Ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniet : et bráchium ejus dominábitur. Ecce merces ejus cum eo : et opus illíus coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet : in bráchio suo congregábit agnos, et in sinu suo levábit, fetas ipse portábit. Hec.

Sciendum est autem quod in singulis nocturnis in ij. v. et octava lectionibus : incensatur altare ab aliquo sacerdote in capa serica : ex utraque parte chori vicissim assumpto. Chorus vero ab uno solo puero incensatur.

AS:47; 1519:52v; 1531:28r.[61]



Lectio iij. Esaie 52. [1-10.]

COnsúrge consúrge indúere fortitúdine tua Syon indúere vestiméntis glórie tue Hierúsalem cívitas sancti : quia non adjíciet ultra ut pertránseat per te incircuncísus et immúndus. Excútere de púlvere, consúrge sede Hierúsalem, solve vincla colli tui cáptiva fília Syon. [*28v.*] Quia hec dicit Dóminus, Gratis venúndati estis : et sine argénto redimémini. Quia hec dicit Dóminus Deus, In Egýptum descéndit pópulus meus in princípio ut colónus esset ibi : et Assur absque ulla causa calumniátus est eum. Et nunc quid michi est, hec dicit Dóminus ? Quóniam ablátus est pópulus meus gratis. Dominatóres ejus iníque agunt dicit Dóminus : et júgiter tota die nomen meum blasphemátur. Propter hoc sciet pópulus meus nomen meum in die illa : quia ego ipse qui loquébar ecce assum. Quam pulchri super montes pedes annunciántis, et predicántis pacem : annunciántis bonum, predicántis salútem : dicéntis, Syon : Regnábit Deus tuus. Vox speculatórum tuórum. Levavérunt vocem, simul laudábunt : quia óculo ad óculum vidébunt, cum convérterit Dóminus Syon. Gaudéte et laudáte simul desérta Hierúsalem : quia consolátus est Dóminus pópulum suum, redémit Hierúsalem. Parávit Dóminus bráchium sanctum suum in óculis ómnium géntium : et vidébunt omnes fines terre salutáre Dei nostri.

AS:47; 1519:53r; 1531:28v.[62]

6411. 3. Resp. I.





6411a.

[ℂ *Hic sequens cantus dicitur super hunc versum quandocunque dicatur nisi ad has matutinas tantum.*][63]

1519:53v.



6411a.



mo su- o. †Et ex-í-vit. ℣. Gló- ri- a Pa-tri et



Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i Sanc-to. ‡Lux.

Hec prosa, scilicet Felix María. *et due sequentes*[64] *non cantentur ad matutinas sed ad processionem hujus diei : ut in eadem processione ordinatum est.*

℄ *Et nota quod sunt aliqua festa ubi prose notantur, de quibus altaria habentur in ecclesia Sarum : ideo prose dicantur ad processionem ad vesperas et non ad matutinas suis locis videlicet in ebdomada nativitatis Domini : in die sancti Andree ad secundas vesperas : in festo sancti Nicolai ad primas vesperas, et ad matutinas cum ix.* ℟. *In inventione sancte crucis ad secundas vesperas. Nunquam enim dicitur prosa ad matutinas per totum annum, sed ad vesperas, et ad processionem, excepto die sancti Stephani : cujus servitium committitur voluntati diaconorum, et excepto die sancti Johannis cujus servitium committitur voluntati sacerdotum, et excepto die sanctorum innocentium cujus servitium committitur voluntati puerorum : et excepto die sancti Nicolai quando dicitur prosa* Sospitáti. *ad matutinas.*

℄ *In ij. nocturno.*

AS:48, 77; 1519:53v, 92r; 1531:28v.[65]

5084. 4. Ant. VIII.i.



SUscé-pimus De-us * mi-se-ri-córdi- am tu- am : in



mé-di- o templi tu- i. *Ps.* Magnus Dóminus. (*xlvij.*) [209].

AS:48; 1519:53v; 1531:28v.[66]

4194. 5. Ant. III.iv.



AS:48; 1519:53v; 1531:28v.

6. Ant. VIII.ii. 5368.



℣. Ipse invocávit me.

℟. Pater meus es tu. *sine* Allelúya.

Sermo beati Isidori [episcopi][67] de nativitate Domini.

Lectio quarta.

NAtális Dómini dies ea de causa a pátribus votíve solennitátis institútus est : quia in eo Christus pro redemptióne mundi nasci corporáliter vóluit, pródiens ex Matris útero qui erat in Patris império. Cujus suscépte carnis causa hec est. Postquam enim invídia diáboli parens ille primus spe sedúctus ináni cecídit : conféstim exul et pérditus : in omni génere suo radícem malície et peccáti tradúxit. Crescebátque in malum veheméntius omne genus mortálium, diffúsis ubíque sceléribus, et quod est néquius, ómnium[68] cúltibus idolórum. Volens ergo Deus termináre peccátum : consúluit verbo, lege, prophétis, signis, plagis, prodígiis. Sed cum nec sic quidem erróres suos admónitus agnósceret mundus : misit Deus Fílium suum ut carnem indúeret, et homínibus apparéret : et peccatóres

sanáret. Qui ídeo in hómine venit : quia per seípsum ab homínibus cognósci non pótuit. Ut autem viderétur, Verbum caro factum est : assuméndo carnem non mutátum in carnem. Assúmpsit enim humanitátem : non amísit divinitátem. Ita idem Deus et idem homo in natúra Dei equális Patri : in natúra hóminis factus est mortális in nobis : pro nobis : de nobis : manens quod erat, suscípiens quod non erat : ut liberáret quod fécerat. Hec est ergo Domínice nativitátis magna solénnitas : hec est diéi hujus nova et gloriósa festívitas : advéntus Dei factus ad hómines. Itaque dies iste pro eo quod in eo Christus natus est : natális dícitur. Quemque ídeo observáre per revolútum anni círculum festíva solennitáte débemus : ut in memóriam revocétur quod natus est Christus : qui cum Deo Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus, per ómnia sécula[69] seculórum amen. Tu autem [Dómine miserére nostri]. *Sic terminetur ista lectio : et omnes lectiones sequentes.*

[*Responsorium hoc modo sic.*][70]

AS:48; 1519:54r; 1531:29r.[71]

7470.

[*29r.*]



7470z.



Per ebdomadam ℣.

7470b.

Et dicatur per ebdomadam sive de dominica fuerit sive non.

Lectiones v. et vj. legantur de sermone beati Leonis pape de nativitate Domini.[72]

[*Lectio quinta.*][73]

EXultémus in Dómino, dilectíssimi et spiritáli jocunditáte letémur : quia illúxit nobis dies redemptiónis nove, reparatiónis antíque, felicitátis etérne. Reparátur enim nobis salútis nostre ánnua revolutióne sacraméntum : ab inítio promíssum, in fine rédditum, sine fine mansúrum. In quo dignum est nos sursum eréctis córdibus divínum adoráre mystérium, ut quod magno Dei múnere ágitur : magnis ecclésie gáudiis celebrétur. Deus enim omnípotens et clemens, cujus natúra bónitas, cujus volúntas poténtia, cujus opus misericórdia : statim ut nos diabólica malígnitas venéno sue mortificávit invídie preparáta reno-

vándis mortálibus pietátis sue remédia, inter ipsa mundi primórdia presignávit : denúncians serpénti futúrum semen mulíeris quod nóxii cápitis elatiónem sua virtúte contéreret : Christum scílicet in carne Deum hominémque signíficans, qui natus ex vírgine violatórem humáne propáginis incorrúpta nativitáte damnáret. [74]Nam quia gloriabátur diábolus, hóminem sua fraude decéptum divínis caruísse munéribus et immortalitátis dote nudátum dirámque mortis subísse senténtiam, seque in malis suis quoddam de prevaricatóris consórtio invenísse solátium, Deum quoque juste severitátis exigénte ratióne erga hóminem quem tanto honóre condíderat, antíquam mutásse senténtiam : opus fuit dilectíssimi secréta dispensatióne consílii ut incommutábilis Deus (cujus volúntas non potest sua benignitáte privári) primam pietátis sue dispensatiónem sacraménto occultióre compléret : et homo diabólice iniquitátis versútia actus in culpam : contra Dei propósitum non períret. Tu autem Dómine [miserére nostri].

AS:49; 1519:54r; 1531:29r.[75]

7274. 5. Resp. III.



7274a.



Lectio vj.

INgréditur ergo hujus mundi infíma Fílius Dei : de celésti sede descéndens, et a Patérna glória non recédens, novo órdine, nova nativitáte generátus. Novo órdine : quia invisíbilis in suis, visíbilis est factus in nostris. Incomprehensíbilis vóluit comprehéndi : ante témpora[76] manens, esse cepit ex témpore. Universitátis Dóminus, servílem formam obumbráta majestátis sue dignitáte suscépit. Impassíbilis Deus, non dedignátus est homo esse passíbilis : et immortális, mortis légibus subjácere. Nova autem nativitáte generátus : quia invioláta virgínitas concupiscéntiam néscivit : substántiam ministrávit. Assúmpta est de Matre Dómini natúra, non culpa : creáta est forma servi, sine conditióne servíli. Et novus homo sic contemperátus est véteri : ut et veritátem suscíperet géneris : et vícium exclúderet vetustátis. Verax namque misericórdia Dei : cum ad reparándum humánum genus ineffabíliter ei multa suppéterent hanc potíssimum consuléndi elégit viam : qua ad destruéndum opus diáboli non virtúte uterétur poténtie : sed ratióne justítie. Nam supérbia hostis antíqui non immérito sibi in omnes hómines

jus tyránnicum vendicábat : nec indébito dominátu premébat, quos ad mandáta Dei spontáneos in obséquium sue voluntátis illéxerat.[77] Non ítaque juste amítteret originálem humáni géneris servitútem : nisi de eo quod subjáceret vincerétur. Tu autem.

AS:49; 1519:54v; 1531:29r.[78]

7756. 6. Resp. IV.



7756a.



ti : quem a-dó-rat mul-ti-túdo ange- ló- rum. †Ut.



℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o :



et Spi-rí- tu- i Sanc-to. †Ut.

Iste versus dicitur in ferialibus diebus per ebdomadam cum cantu feriali : et quandocunque dicitur nisi ad has matutinas tantum Ipsum genuísti. *super hunc versum* Glória Patri.[79]

 7756a.

℣. Ipsum ge-nu- ís-ti et in pre-sé-pe po-su- ís- ti :



quem a-dó-rat mul-ti-túdo ange- ló- rum. †Ut.



℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-



tu- i Sanc-to. †Ut.

ℂ *In iij. nocturno.*

AS:49; 1519:55r; 1531:29r.

7. Ant. VI.

 3402.

IP-se invo-cá-vit me * al-le-lú-ya : Pa-ter me-us [*29v.*]



es tu al-le-lú-ya. *Ps.* Misericórdias. (*lxxxviij.*) [271].

AS:49; 1519:55r; 1531:29v.

8. Ant. IV.iv.

3567. 

LE-téntur ce-li * et ex-últet terra, ante fá-ci-em



Dómi-ni quó-ni-am ve-nit. *Ps.* Cantáte. (*xcv.*) [278].

AS:49; 1519:55v; 1531:29v.[80]

9. Ant. VI.

3964. 

NO-tum fe-cit Dómi-nus * al-le-lú-ya : sa-lu-tá-re



su-um al-le-lú-ya. *Ps.* Cantáte. *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Verbum caro factum est.

℟. Et habitávit in nobis allelúya.

Tres ultime lectiones legantur in capis sericis.

ℂ *Hec sunt festa per annum in quibus septima, octava, et nona lectiones in capis sericis*

leguntur, scilicet dies natalis Domini, epiphania Domini, in festo purificationis beate Marie, in festo sancte Trinitatis, et festo Corporis Christi, in festo assumptionis et nativitatis beate Marie, in festo reliquiarum, et in festo dedicationis ecclesie, et tres prime lectiones in die omnium sanctorum. Item omnes lectiones in die pasche et in die ascensionis et in die penthecostes.

¶ [*Lectio vij.*][81] *Secundum Lucam. ij.* [1-3.]

IN illo témpore, Exiit edíctum a Césare Augústo : ut describerétur univérsus orbis. Hec descríptio prima : facta est a préside Sýrie Cirýno. Et ibant omnes ut profiteréntur sínguli in suam civitátem. Et réliqua.

Omelia beati Gregorii pape.[82]

QUia largiénte Dómino missárum solénnia ter hódie celebratúri sumus : loqui diu de Evangélica lectióne non póssumus. Sed nos áliquid vel bréviter dícere Redemptóris nostri natívitas ipsa compéllit. Quid est quod nascitúro Dómino mundus descríbitur, nisi hoc quod apérte monstrátur quia ille veniébat in carne : qui eléctos suos ascríberet in eternitáte ? Quod contra de repróbis per Prophétam dícitur, Deleántur de libro vivéntium : et cum justis non scribántur. Qui bene étiam in Béthleem náscitur. Béthleem quippe domus panis interpretátur. Ipse namque est qui ait, Ego sum panis vivus : qui de celo descéndi. Locus ergo in quo Dóminus náscitur, domus panis ante vocátus est : quia futúrum profécto erat ut ille ibi per matériam carnis apparéret : qui electórum mentes in etérna societáte[83] refíceret. Qui non in paréntum domo, sed in via náscitur : ut profécto osténderet, quia per humanitátem quam assúmpserat : quasi in aliéno nascebátur. Aliénum vidélicet, non secúndum potestátem dico : sed secúndum natúram. Nam de potestáte ejus scriptum est, In própria venit. In natúra étenim sua ante témpora natus est : in nostra venit ex témpore. Qui ergo etérnus pérmanens temporális appáruit : profécto aliénum est ubi descéndit. Et quia per Prophétam dícitur : Omnis caro fenum : factus homo fenum nostrum vertit in fruméntum, qui de semetípso ait, Nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit : ipsum solum manet. Unde et natus in presépio reclinátur : ut fidéles omnes vidélicet et sancta animália carnis sue fruménto refíceret : ne ab etérno intelligéntie pábulo jejúna remánerent. Tu autem.

AS:50; 1519:55v; 1531:29v.[84]

7. Resp. VII.

6162.



6162b.

¶ [*Lectio viij.*][85] *Lectio sancti Evangelii secundum Lucam. ij.* [15.]

IN illo témpore. Pastóres loquebántur adínvicem, Transeámus usque Béthleem : et videámus hoc verbum quod factum est : quod fecit Dóminus et osténdit nobis. Et réliqua.

Omelia venerabilis Bede presbyteri.[86]

NAto in Béthleem Dómino Salvatóre (sicut sacra Evangélii testátur hystória) pastóribus qui in regióne eádem erant vigilántes et custodiéntes vigílias noctis super gregem suum : ángelus Dómini magna cum luce appáruit exortúmque mundo solem justície, non solum celéstis voce sermónis, verumétiam claritáte divíne lucis astrúxit. Nusquam enim in tota Véteris testaménti série reppérimus ángelos, qui tam sédulo apparuére pátribus :

cum luce apparuísse. Sed hoc privilégium recte hodiérno témpori servátum est : quando exórtum est in ténebris lumen rectis corde : miséricors et miserátor Dóminus. Verum ne parva unius ángeli viderétur auctóritas : postquam unus sacraméntum nove nativitátis edócuit : statim multitúdo celéstium ágminum que glóriam Deo cáneret, pacémque simul homínibus predicáret áffuit :
